Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

DZIAŁ (OPYS) I

1524. Rozgraniczenie dóbr Temerowce i wsi Bludniki 1794.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Ten Dukt á Ouo tak znowu poprawiony

per nomenclaturas, Lutum Toczyskie dictum, inde versus Cumulos Mo-
gitki vocitatos, monte vulgo Garbem, abhinc ad puteum super Colles seu przy-
górki, ab his autem Collibus supra pratum Parochi Bludnicensis ad lapidem fora-
mi nosum vulgo dziurawego kamienia, ab hoc deinde loco prope Sylvam, ultra nomencla-
turam Zawierzbowiec ad rivum Glinny Potok, relinquendo Sylvam Pagi Temerowce
Campum vero Villa Bludniki.

BIBLJOTEKA OSSOLIŃSKICH
ZBIÓR Dr. A. CZOŁOWSKIEGO
Nr. rękopisu 1524

17 Rozgraniczenie wsi Temerowce 1794 r.

Copia ad: N^ro 9316, al: 795.

Prothocollum

Ductus Fisci Regii inter limites Bonorum Temerowce, et Villa Bludniki, in concurrentia Directionis Oeconomicae Katusiensis, Mci Stephani Szumlański, praesentibus Mco Josepho Broszniowski, Communitatibus de Villis Temerowce et Bludniki, vi Mandati Excelsi Fori Nobilium Leopolit de dato 24. Xbris a. E. N^ro 23089., in fundo ad lapidem foraminosum, vulgo dziurawy dictum, super prato Curati Rithus Graeci Bludnicensis die 26. Julii 1794. Anno assumptum.—

Fiscus Regius ducta Commissione ad supramemoratum locum, tanquam terminum, a Quo, inde ductum suum, inter limites praememoratorum Bonor. inchoavit, quem ulterius Continuando in linea recta, duxit ad rupem Villae Sokole atq. locum antiqui alvei, fluvii Łomnica nuncupati, juxta Documentum Graniciale de dato Fra 6ta post Festum omnium Sanctor. Anno 1609. actis Castren. Halit. Fra 4ta post Festa Sacri Pentecosten Anno 1642 oblatuatum, ubi intulit Mgcus Szumlański, quatenus Subditi de Pago Temerowce Jwana Kaniuki Edicta ad Prothocollum assumantur.—

Dictus itaque Jwan Kaniuka recognovit, se a suo Parente audivisse, quod Basilianus in Coenobio Villa Sokole habitans, de limitibus pagor. Temerowce et Bludniki suo Patri in haec Verba narravit.—

Były dwoch Braci w Haliczu, ieden się udał do Kancellaryi Halickiey, a drugi został Basylianem w Sokole, kiedy ieszcze tam był Manaster.— Ten, ktory był w Kancellaryi, wyiechał za swoim Jnteressem, zostawiwszy na swoim mieyscu Brata Basiliana

1524

Basyliana, który w niebytności Brata wypisał sobie z Akt Granice Temerowieckie od Bludnik, y potym powróciwszy do Sokola, gdy od Oyca zeznawaiącego imieniem Andrusia Kaniuki na Praznik był zaproszony, w Domu iego czytał owe wykonotowanie Graniczne, iż Temerowiecka Granica z Bludnikami, powinna bydz od Skały Sokolskiey do Błota Toczyska zwanego, á zlamtąd ku końcu Mogiłek Garbem, á od Garba do Krynicy, na Przygórki, nareszcie od Przygorków ponad Sianożęc Parocha Bludnickiego do dziurawego Kamienia, potym zaś od dziurawego Kamienia popod Las po Zawierzbowiec do Glinnego Potoka, zostawuiąc Las przy Temerowcach, á pole przy Bludnikach. Hæc Verba ad Prothocollum in[...] quod ea á Parente suo realiter audiverit, Juramentum præstare obtulit. ——

Comites Konarscy ad attentandum inter Bona Szumlańskiana Temerowce ab una, et Bona Bludniki ac Siedliska Konarskiana parte ab altera, per Mgcum Szumlański peragendum ductum Cividati, Documentum, vigore cujus ductum suum idem Mcus Szumlański peragere habet, communicandum sibi expostularunt. Quod superius de Actu exaratum, cum nihil quidquam de pariete inter Bona Bludniki et Siedliska ab una, jam vero Temerowce parte ab altera innuat, limites tantummodo inter Bona Temerowce et Medynia praeseferat; Hinc Comites Konarscy inferunt, ex Documento praeattacto limites inter Bona Eorundem et Temerowce ostendi non posse, exindeque Terminum, á Quo in

fundis

in fundis Bludnicensibus positum, terminumque per Quem et ad Quem designatum arbitrarie et vexatorie, ubi sine ullo Documento sibi praefixum praesenti Commissioni anteponunt.— Praecustodiunt nihilominus hic loci, quod in toto hoc Arbitrario ductu, nullo Documento suffulto, nil quidquam ad Prothocollum opponent, nam ductus ejusmodi per se est nullus, minime Comitibus Konarskie praejudicare valens.—

Nihilominus tamen Comites Konarscy Reductu suo, contra praesentem ductum formando avulsa à Bludniki ad Temerowce probabunt.—

Caeterum, quo tangit illegalitatem ductûs mei Szumlański, Comites Konarscy contra falsum Testimonium unius Testis Joannis Kanicka, testes suos jurandos statuere offerunt, caetera omnia Juris beneficia sibi praesalvando.—

28.a Julij Ex parte Comitum Konarskich remonstratur, Ductum mei Szumlański in Concurrentia Fisci Regii, non modo nudè peractum, nullo Documento suffulgi, verum etiam Jnstrumento, per Villam Sokol producto ./. expressè Contrariari, in quo legitur, Villam praeattactam Sokol cum Bonis Bludniki suam habere Contiguitatem, nullam vero cum Villa Temerowce, quam Meus Szumlański sine ullo Documento nunc habere praetendit.—

./. Rogant itaque iidem Comites Konarscy Reductum suum locis maxima parte in Usu Bludnicensi existentibus, aliquibus nonnisi per Villam Temerowce avulsis, peragendum, et perticis obsignandum Prothocollo Commissionis Connotari, et in Mappam delineandum sumi, quem modo sequenti ostendiderunt.—

Jnapiendo

Incipiendo ab antiquo alveo fluvii Czew seu Lomnica, verum non à loco, ubi M[ag]cus Szumlański Ductum suum Continuavit, sed superius à Campo Bludnicensi Wodotopy dicto, ex una parte, ex altera Campo Temerovecensi Pereliszcze vocitato, circa locum, quo superius antiquus alveus fluvii Czew seu Lomnica transcenditur, ad Apisterium Temerowecense Jacia Stadnikowego, deinde circa hocce Apisterium ad fluvium Modernum Czew seu Lomnica, in altera vero parte fluvii, ad lapidem Rozwalony dictum, exinde ad Cumulum mogiła Kamienna vocitatum, ultra tandem per Viam ex Temerowce ad Siedliska tendentem, ad locum Ozero dictum, ulterius circa Campum Siedlicensem Fedorow Laz vocitatum, deinde ad rivulum Peretosty Potok, ac ulterius circa Campum Temerovecensem Karpow Laz dictum, in dextra Sylvas Siedlicenses, in sinistra Campos Temerovecenses relinquendo, ad limitem Woynitoviensem Reductum suum Continuarunt, Testibus suo tractu nominandis, eundem evincere offerendo, Vindicationem à M[ag]co Szumlański damni per exsiccationem Sylvar[um] occasione delinsandor[um] Ductuum arbitrarie et infundate peractor[um] emergendi, tum refusionem Causatar[um] expensar[um] praesentibus praecustodiunt. —

29[na] Julii Siquidem Haeres Bonor[um] Medynia, pago Temerowce contiguorum bis Citatus, ad Ductum Granicialem inter limites mox fatorum Bonor[um] per Fiscum Regium ac M[ag]cum Szumlański formandum attendandum Comparere, ac abinvicem Reductum sui facere renuit, acsi ex Rationibus in Submissa sui Remonstratione ss.

Remonstratione ss. allatis; Proinde Officium Cameraniale, instan=
te Fisco Regio, ac Mco Szumlański, non attenta Hæredis Bono=
rum Medynia, bis ad attentandum Ductum Citati disparentia,
ad Campum cum Fisco Regio, Directione Oeconomica Halun=
siensi; Mco Stephano Szumlański exequitavit, ac præsentibus
Subditis de Villa Temerowce, Danito Balaszczak, Jwan Kaniuka,
Stefan Kaniuka, Anton Tymkow, Fedor Mikityn, Michayto
Burbeniczuk, Kosć Radiaczek, tum Gso Luca Goliszewski, in
conformitate Mandati Excelsi Fori Nobilium Leopol. de dato
24. Decembris, Anni elapsi, Nro 23089., conficiendo inter
præfata Bona graniciali Ductui ibidem in fundo die 29.
Julii, 1794to Anno sequentem in modum accessit.
Incipiendo à monte seu Rupe Kaniucza Skatadicła tum Rivo Ka=
niuczy Potok nuncupato, atque Via ex Temerowce ad Oppidum
Woynitow ducente, tanquam termino, à Quo et abinde Campis
in usu Medynia Villæ adpræsens existentibus rectè proceden=
do, duxit Mcus Szumlański ad fluvium Łomnica non procul
à dictorum locorum nomenclaturis defluentem, dein transgresso dic=
to fluvio, duxit ulterius Mcus Szumlański rectè fundis arenon=
sis, diluvio Łomnica destructis, pluribus in locis foveatis, vir=
gultis Salicis Superinductis, tanquam termino, per quem tali=
busque locis Delegatam Commissionem perduxit, ad antiquum
alveum fluvii Łomnica, Koryto Starego Rzeczyska vulgo appella=
tum, uti terminum, ad quem et inibidem Ductum sui inter
Bona Medynia et Temerowce determinavit; Subditi quoque de
Villa Sokol

villa Sokol penes suum parietem stantes, ac itidem Deca-
nus ac Parochus Krylowiensis Rdus Graeci Rdus Pater Mo-
gielnicki in facie delegatae Commissionis agnoverunt, alve-
um antiquum fluvii Łomnica, vulgariter Koryto starego-
Rzeczyska nuncupatum, visibiliter adhuc apparentem, hunc
et non alium realem et actualem esse, hocque etiam ipsum
Communitas pagi Temerowce affirmabat; Determinatum ibi-
dem die 30. Julii 1794to Anno. — Stanislaus Krasuski Came-
rarius Circuli Stryensis mpp L. S. Mar: Hr: Konarski K:
Or: S: Sta: — Babel de Kronsberg Ne fisci — Postl de Le-
opoldski Direc: adq: qua Plenipo. — Jos: Skupienski mpp
Geom: Jurat. — Antonius Szumlanski. — B

10

1203

B. C.

BIBLIOT. OSSOLIN.

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.